

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensi

Christliche
 Hochzeit VOTA,
 Zu sonderlichen Ehren vnd Wolgefallen/
 Dem Ehrenvesten vnd Vornehmen/
H. Sebastian Alberts/
 Handelsverwandten von Hamburgk/

Bräutigamb:
 Vnd
 Der Erbarn vnd Tugendreichen
 Jungfer

Elisabeth Vierschin/
 Des weiland Ehrenvesten vnd Wolgeachten
 Herrn

Joachim Vierschens/
 Bürgers vnd Handelsmanns allhier
 Eheleiblichen Tochter/

Vnd
 Dann auch des Ehrenvesten vnd Wolweisen
 Herrn

Lorenz Brendels/
 Rathsverwandten vnd Handelsmanns
 geliebten Pflege Tochter/

Brant/
 Theils in Lateinischen/ theils Deutschen Carminibus
 von vornehmen Freunden vnd Schwägern
 verfasset vnd vbergeben/

Den 24. Maij Anno 1641.

Zu Franckfurt bey Michael Kochen gedruckt.



Tædas divino celebrat qui more jugales,
Tutus ab infidijs dæmonis atq; dolis
Non erit; Est operum Domini foedissimus hostis,
Tutus eris; solidâ, nempe, reliste fide.

D. LAURENTIUS COLASIUS,
decretalium Prof. Publ. & juri-
dicæ facultatis Ordinarius, p.t. De-
canus & R E C T O R.

Ex Uno; & in Unum; & ad Unum sunt
omnia ab Uno.

Eines: oder Keines.

Magnus Aristoteles rerum contraria fingit
Principia. At fingit Magnus Aristoteles.
Parmenidis melior sententia, laudo Melissum,
Unum qui rerum principium esse volunt.

Unum principium rerum est: Sunt omnia ab uno.

Et si non unum est, principium Nihil est.

Principium hoc DEUS est, primò qui condidit Unum,
Fussit & ex uno cætera cuncta trahi.

Ex uno fecitq; duos, & rursus in unum

Junxit, ut ex uno sint iterumq; duo.

Ille & adhuc jungit duo pectora, sint ut in unâ

Carne duo: Rursum sint duo & una Caro.

Quæ si juncta manent, & non cum lite fatiscunt,
Existunt vitæ principium reliquis.

Hæc

*Hac lex aeterna est generandi, hic ordo perennis,
 Sic datur omne hominum multiplicare genus.
 Nunc DEUS ELISABETHAM ALBERTO jungit, & unit,
 Pluribus ut vita hic nexus origo fiet.
 Fiat id! & fiet, si firma sit Unio: ut Unum,
 Sit licet haud numerus, principium numeri est.
 Estis ut una Caro, vobis sic Cor sit & unum,
 Unum Velle, Unum det quoque Nolle DEUS.
 Ipse Amor, Unum amat, ac Unum super omnia tollit,
 Sed numeros reliquos calcat Amor pedibus,
 Οὐκ ἀγαθὴ πολυκοιρανία; εἰς κοιρανὴν ἕστω.
 Perpetuò hoc & Amor Symbolum in ore gerit.
 Ergò unum sapiat Cor vestrum, & tendat ad unum,
 Nam divisus ubi est, exulat omnis Amor.*

f.

Simon Ursinus S. S. Theol. D.
 & Professor, Ecclesiar. Franco-
 furt. Pastor.

Fato conjugium; fato junguntur amantes
 Non Fortuna facit, sidera nulla jubent.
 Non homo, non agnatorum sors splendida, non dos,
 Non species, verum glutinat ipse DEUS.
 Est amor hoc gluten, quo firmat & unit eosdem
 Omnia quo sine sunt irrita conjugia.
 Est DEUS, est certè, repeto, qui pectora jungit,
 Solo consilio cuncta regitque suo.

A 2

Nam

Nam velut omnipotens Evam sociavit Adamo:
Sic & nunc homines nequit amore DEUS
Qui nisi jungat, sponsalia sunt rata nunquam,
Junxit & hosce Duos Conditor ipse DEUS.
Quem rogo corde meo, sint hæc rata fœdera semper
Ut non illa Sathan rumpat, & ullus homo.

Ita Neogamis gratulabundus
vovebat.

Christophorus Ursinus D.

Q uod Viadrum jacet inter & Albin, id omne viarum
Obsedit Martis sica, rapina, furor.
Et tamen Hammonis perrumpit ab Urbe SEBASTUS,
Seq. Viadrinis sistere gestit agris.
Scilicet è multis adridens millibus Una
Virgo movere potest ELISABETHA Virum.
Victorem quis cunctorum non cernit Amorem,
Quæ vasto in gremio maximus orbis habet?
Uno pol quos fata volunt conjungere lecto,
Non mare, non Marvors dissociare queunt!
Vivite conjunctis animis, dum jungitur Albis,
Dum gelido Viader jungitur Oceano.

Sic Sponsis comprecatur
Tobias Magirus Phil.
facult. Decanus,

Et si-

ET similis simili, nec non par compare gaudet,
Imparibus pereunt quæ sociata jugis.
ALBRECHTUS juvenis juvenem sibi fædere jungit,
Conveniunt ætas ac utriusq; decus.
Mercandi studio Sponsorum præstat uterq;
Par utriusq; amor est, par utriusq; bonum est.
Ut pariter vivat, pariterq; senescat uterq;
Et pariter teneat cælica regna, precor.

M. Johan-Christophorus Ludacus

ad Basilicam Superiorem Franco-
furtanam Concionator.

Indigitos mittunt thalami dispendia plures:
Commoda prætereunt, quæ memoranda forent.
Hinc liber multis laudatus lectulus olim,
Ut, bona perpetua qui requietis alat,
Ventis Oceano curas tradentibus atras,
Quæ miseris cruciant cor lacerantq; modis.
Crebris interea rixis fervente cubili
Dividijsq;, in quo nupta jacere solet.
His aures animumq; negas sentisq; seorsum,
Attendens monitûs consiliumq; DEI,
Sponse tibi sociam quæris lectissime Vita,
Dante DEO Sponsa est bella reperta tibi.
ELISABE, genuit quam LIRSIUS, atq; pudicè
Vitricus eduxit cum genitrice bonus,

A 3

Provocet

Provocet affectu qui verum & amore parentem,
BRENDLIUS, qui Vir dignus honore viget.
Cum quã quod reliquum est vitæ traducere possis,
Et curas omnes participare domûs;
Gignere felicem sobolem blandosq; nepotes,
Qui generi fulcrum sint columenq; tuo.
Pocula nonnunquam thalamus subacerba propinet,
Sapeq; tempestas ingruat atra crucis:
Est qui tristitia cispellere nubila possit
Vultûs sole sui lucidiore DEUS.
Ille, precor, thalamo defundat prospera vestro
Cuncta, & in abruptâ pectora pace liget.

gratulab. scrib.

M. Joannes Mollerus
Scholæ Francof. Rect.

FŒdera conjugij, quòd præstet, jungere castè,
Quam flammæ sævas illicitasq; pati;
Comprobat hoc Paulus, cû Paulo, NUMINE dante,
Exemplòq; doces, SPONSE POLITE, tuò.
Vreris, & calidas sentis in pectore flammæ,
Sanabit varijs quas TUA SPONSA modis,
At dices; mihi quæ medicamina VIRGO parabit,
Quando meum thalamum SPONSA pudica subit;
Hæc dictis factisve medelam ferre parata est,
Pharmaca præbebit NUPTA decora TIBI:

Hac

Hæc te delectes, dabit hæc tibi gaudia multa,
Et blandâ faciet te quoq; Prole Patrem.
Jam jam de tali medico tibi grator, & opto,
Longiùs ut maneat certa medela tibi;
Hæc tecum cunctos feliciter exigat annos,
Perpetuamq; sibi gloriam honore paret.
Quare, quod superest, vestro congrator honori,
Conjugio vestro candida cuncta precor;
Sit vobis animus concors, sit vita Salusq;,
Sit sine lite thorus, nec sine prole domus.
Hæc Ego, multa alij, vobisq; optabitis ipsi,
Maxima JUNCTARUM vis solet esse P R E C U M.

*In honorem Dn. Sponsi, Sponsæq;
pudica fundebat*

Joachimus Wanstorff
Scholæ Francof. Baccal.

PHALEVCUS NUPTIALIS.

Pulchræ gratia gratiosa formæ,
blandæ gratia copiosa formæ,
quam splendor roseus facit coruscantem,
quam decor nitidus facit venustantem.
Sola vincere blanda pulchritudo,
sola frangere grata pulchritudo,
in fractas potis est labore mentes,
in victas potis est dolore mentes.
Testis coelitenens pater Deorum,

magnus

magnus terrigenum sator virorum
sæpè blandidulo lepore victus
sæpè candidulo nitore fractus
sæpè dulciolo decore tractus
impurum in triplicis soli theatrum
ex puro rutili poli theatro.

Testis durima fortitudo Achillis,
quam non prælia tot cruenta Martis
sola sustinuit venusta Briseis
venustæ superare flore formæ.

Testis arbiter ille litigantis
Trigæ Priamides Paris decoro
qui Deæ Cypridos lepore victus
qui Deæ Cypridos nitore fractus
Minervâ Cyprin esse pulchriorem
Lucina Cyprin esse pulchriorem
arbitro arbiter ore iudicavit.

Pulchræ gratia gratiosa formæ,
blandæ gratia copiosa formæ,
quam splendor roseus facit coruscam,
quam decor nitidus facit venustam
Magis pulchrior illa pulchritudo,
magis gratior illa pulchritudo,
quam reddit magis elegantio rem
quam reddit magis eminentio rem
integræ integra pulchritudo mentis.

Talis

Talis nunc tua TI SEBASTIANE
ô decus juvenum SEBASTIANE,
nondum victa Cupidinis sagittis
nondum succuba Cyprijs sagittis
nondum succuba Cyprio dolori
quod vivit frangere sensa pulchritudo,
quod vivit vincere corda pulchritudo.
O feliciter! ô bene atq; factum!
O festiviter! ô probeq; factum!
Prosit hæc Tibi SPONSE pulchritudo
prosit hæc tibi casta pulchritudo,
prosit hæc tibi casta pulchra SPONSA.
I nunc quo Veneris procax citamen
i nunc quo Veneris venusta stella
luce conspiciunda lætior
te cum blandidula vocat puella
te cum candidula vocat marita,
I scande intrepidus torum jugalem;
& mori satis eja fac jugali
amori satis eja fac jugali;
sume gaudia quæ tibi subinde
dabit corpore pulchra Sponsa pulchro;
& da gaudia, quæ sibi petita
à te concupiat dari marita,
& fac cætera quæ tener Cupido
autor improbus ille basiorum

B

suasor

suasor improbus ille suaviorum
à te confieri toro jubebit,
quoad pondere plena SPONSA pulchro,
aut pulchrum tibi proferat puellum,
aut pulchram sibi proferat puellam,
atq; te faciat novum parentem,
aut sese faciat novam parentem.

Sonnet

Vorhergehendes Inhalts.

In Schönheit lieget viel: nichts ist das so die Sinne
Der harten Herzen beug' / als schöner Schön-
heit Pracht /

Als Glieder ohne Fehl: dieß ist die starcke Macht /
Mit der die Schwächeren vns starcken abgewinnen /
Vnd vnter Ihre Joch / was mannlich / bringen können:
So mehr wann von der Zucht die Schönheit schö-
ner wird /

Prangt nebenst ihrem Schmuck' auch mit der Lei-
bes Zierd'.

O wol / Herr Bräutigam / dieß werdet Ihr jetzt innen!
Leügt mir nur nicht mein Sinn / die Zucht der schö-
nen Braut

Trifft ewer zartes Herk' / auch mehr als ihr getraut.

So

So gehet auch nun hin/vñ nembt der Schönheit Gabe/
Ihr habtes guten Zug/ geht eslet hin zur Ruh'/
Vnd bringet mit der Braut die Zeit mit Lieben zu/
So werdet Ihr von Ihr viel schöner Früchte haben!

*Zu Ehren und Glückwünschung überlebt
dieses auf wolmeinenden Herzen*

Ditmarus Koch S. S. Theol. Stud.

p. t. juniorum Hoffmannorū Ephorus.

Non prodest homini socio sine degere vitam
Testatur ut codex sacer.

Quocirca ex costâ summus formavit Adamo
Fidam maritam conditor,

Impositum auxilio jugum quò prona levaret.

Hinc constat, immutabilis,

Quòd tulerit casti thalami sacra jura J E H O V A:

Hoc nec latet te, maxime

Fautor, qui jungis stabili Tibi fœdere Nympham,

Nympham patris virtutibus

Ornatam, maculis vitæ quæ est oblita nullis.

Ergo Tibi grator, dignissime

Sponse, Tibi sociat quòd bellam Jovâ puellam;

Irrupta sit vestri precor

Copula conjugij, atq; adsit Pax, cedat Erynnis.

Quod vis malum pellat D E U S.

Sic sterili avenâ gratulatur

integerrimo Dn. Sponso

L. M. Q.

Johan-Georgius Hanaw.

Votum
NOVIS SPONSIS.

O Mine felici connubia vestra secundet
Qui super & caelos & super astra sedet:
Principium ut felix, prosper sit finis, & ipsum
Ut medium, Sponsis da DEUS alme novis.

Ita animitus Neonymphis
precatur

Christophorus Müllerus
Wild. Pom. S. S. Th. Stud.

SCAZON NUPTIALIS.

AD nuptias tuas, SEBASTE, præclarum
decus juventæ, Mercuri q; præclarum,
arente venâ, sed favente tentabam
modos novos, Sponsam tuam sonaturus:
Venit Clio aurem vellicans: Quid ô tentas?
super sede fidentiore conatu,
pone stylum; laudabit os sacrum Vatum
os virginale, si q; venemo laudarit.
laudata sat tamen venit, venit casta.
Tu verò mecum deprecare supremum,
suprema qui mundi regit patrem, pacem
istis ut annuat novis bonus nuptis,
unum det illis velle, det q; idem nolle,
secum q; post det coelicâ frui Vitâ.

Ver.

Verdeutschet.

Ich war fast wol bedacht / Herr Bräutigamb / zu
singen /
von ewrem Hochzeit-Fest; Ich hub schon an zu
schwingen

den schwachen Geist empor / dahin / wo vnser Witz
vnd Flammen-loser Sinn muß holen seine Hitz.
Ich war fast wol bedacht mit Lob' heraus zu streichen
die Schönheit ewrer Braut / die vnter ihres gleichen
ihr wenig gleichen hat / ihr schönes Angesicht /
vnd / die es schöner macht / die Zucht / war mein Gedicht.
Die Clio kam darzu: Was? sprach sie / laß das bleiben
es werden andre wol / die klüger als du / schreiben
von dieser neuen Braut; vnd solt' es gleich auch sein /
daß sie kein Dichter lobt' / ihr' heller Augen-Schein /
ihr' Ehr' vnd Frömmigkeit / dardurch sie ist erhoben /
fast ober ihr Geschlecht / wird selbst sich satt samb loben.
Nur bitte du mit mir den Herscher aller Welt /
der dieses grosse Rund in seinem Schutze helt /
daß er die beyden Zwen in eines so verbind e /
daß sie die Braut an ihm / der Bräutigamb empfinde
an ihr recht' Ehe-Lust / vnd daß er ihnen hier
geb' Erben / Ehr' vnd Gut / dort Leben für vnd für.

Zu sonderbaren Ehren
vberreicht von

Adam Polken von Belzig.

B III

Jesse

Jetzt ist die schöne Zeit des Lebens wieder kommen /
Vnd hat die Grausamkeit des Winters weggenommen ;
Jetzt leget an die Welt ein neues grünes Kleid /
Dadurch Mensch vnd nicht Mensch erquicket wird vnd
erfreut.

Jetzt lachen vberall die schön gemahlten Felder /
Jetzt prangen wiederumb die Schattenreiche Wälder /
Wie ihren grünen Haar. Jetzt bauet die Schwalb' ihr Haub /
Darein sie Eyer lege / vnd Junge brütet auß.
Jetzt leset das Feder-Volck die Nachtigall für allen /
In Wäldern hin vnd her Ihr tirili erschallen /
Vnd stimmet vmb die welt' eins nach dem andern an /
Wer ist nun wol der sich der Frewd' enthalten kan ?
Kan aber diese Frewd' auch Segenwage geben /
Der jenigen so euch / Herr Brutigam / leset erleben /
Der grosse Himmels Fürst : darzu ich sage nein /
Weil jen' auch andere Euch dieß' angeht allein.
Denn heute / schencket Er Euch von seinen Himmels Throne /
Ein tugentfamens Bild vnd wolgezierte Krone /
Die nicht von Edelstein vnd Golde zubereit /
So alles irdisch ist vnd lauter Eitelkeit.
Besondern diese Kron die Er Euch leset zuführet /
Ist vmb vnd vmb mit Zucht vnd Frömmigkeit geziert /
So noch viel besser sind als gelbes Gold vnd Geldt /
Darauff leset mancher sieht in dieser schönen Welt.
Zu dieser schönen Kron wünsch ich Euch Gottes Segen /
Der walte ober Euch auff allen ewren Wegen /
Vnd setz' Euch endlich auff die grosse Ehren Kron /
Sampft allen gläubigen dort in des Himmels Thron.

Auß freundlicher Affection schreibet dieses

Braut vnd Brutigam

zu Ehren

Melchior Hoffmann / Junior.

Instat jam tempus, quo prospiciente Jehovahâ
Ducitur in thalamos ELISABETHA tuos.
Utq; DEI signat vox ELISABETHA quietem
Sic tibi SPONSE isthac sit peramica quies.
Propterea SPONSAM lato complectere vultu
Cum tibi præ reliquis omnibus hac placeat.
Vivite felices, concordēs vivite SPONSE
Cum SPONSA, canum Mathusala in senium.
Germinē nec careat thalamus, sed floreat ævum,
Floret ut innumeris laurus odora comis.

Faustæ acclamationis ergo
Subjecit

Henricus Hoffmann.

ODE.

Wie selig ist das Leben
voller Ruh' und Frölichkeit/
Dem' ihr/ liebstes Paar/ ergeben!
Hier/ hier ist kein ander Streit/
als der/ den die Lieb' erregt/
vnd nur Lust zu bringen pflegt.
Hier sieht man nicht Fahnen schwingen/
vnd hört keinen Stücken Knall/
man hört keine Kugeln singen/
keinen Feldtrompeten Schall.

wer

Wer sitzt in der Liebsten Schoß/
der ist dieser Sachen loß.
Diesen Port solt' Ihr erlangen/
werther Freund; der Lippen Zier/
vnd die allerschönsten Wangen
die den Perlen gehen für/
auch die freundliche Gestalt
habt Ihr schon in eurer Gewalt.
Vnd weil sich der Tag geneiget/
Phoeb' auch kommet auff den Plan/
vnd vns Ihre Sackeln zeigt/
vnd die Wache leget an:
Ey so brauchet doch der Zeit/
weil die Braut den Kampff außbeut.
Braucht euch der gewünschten Stunden;
Venus kommet allbereit/
Euch zu heilen eure Wunden/
Hymen gibt Euch das Geleit.
Bringet beyd' in Fried' vnd Ruh'
euer ganzes Leben zu.

Gestellet von
Lernet lieben auß trewen.



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi sine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locupletem Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674



Inches

1 2

3 4

5 6

7 8

9 10

11 12

13 14

15 16

17 18

19 20

21 22

23 24

25 26

27 28

29 30

31 32

33 34

35 36

37 38

39 40

41 42

43 44

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

67

Christliche
heit VOTA,
Ehren vnd Wolgefallen/
vesten vnd Vornehmen/

Christian Alberts/
andten von Hamburgk/
bräutigamb:

Vnd
arn vnd Tugendreichen
Jungfer

Beth Vierschin/
hrenvesten vnd Wolgeachten
Herrn

him Vierschens/
Handelsmanns allhier
leiblichen Tochter/

Vnd
Ehrenvesten vnd Wolweisen
Herrn

is Brendels/
otens vnd Handelsmanns
ren Pflege Tochter/

Braut/
en/ theils Deutschen Carminibus
n Freunden vnd Schwägern
asser vnd vbergeben/

Maij Anno 1641.

ey Michael Kochen gedruckt.